CXVII

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1786968568-12/fragment/page=0002

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

In nomine domini anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo Ind. septima die dominico decimo mensis decembris venditi et
datum nomine et titulo venditionis ad fictum faciendum omni anno monasterio sancti petri de clavate staria tria et quarta duo sichallis et staria septem millii et non
allium et ultra ad proprium libam et absolutam ab omni ficto censu conditionis et servitutis allicui dicti et faciendi fecit et facit Antonius de cavallasca
fuit carnevalis de loco vigleno plebis vigleni comitatus mediolani dyonisio et antonio fratribus fuit petri de belleti de copino de sancto loco
vigleno presentibus et ementibus Nominative de petia una terre labor et vidute et silve simul se tenentes iacentes in territorio dicti loci de
vigleno ubi in dicitur in Sionostolegarde cum choro ante ubizolli dalfinoni amen et assero Andriolli ferari de vigleno amon laurentii de sezana
et iuxta dictorum emptorum et est pertice octo et tabolle sex per iustam mensuram et si eratum foret in choro quod propterea non noceat vitam
sed semper stet et stare debeat veritati et vis choro Et item de omnibus accessiis ingressis et regressis iuris et pertinentiis ipsi petie terre supra
venditis seu dicto venditionis pro ea et eius occasione pertinentibus spectantibus et adiacentibus Et tenore quod anno predicti fratres emptores cum suis heredibus et
successoribus et cui dederint predictam petiam terre supra venditam perpetuo habeat tenetur gaudeat et titulo huius emptoris possideat cum
omnibus suis iuribus et pertinentiis Et de ea faciat quicquid facere voluerit absque dicti venditoris suorumque heredum et cuilibet alterius persone contradictione
Et cessit dedit et mandavit predictus venditor eisdem fratribus emptoris omnia iura et omnes actiones rationes exceptiones replicationes retentiones usus et defensiones
reales personales utiles directas ipsas et hypotecarias eidem emptori pertinentes spectantes et competentes et pertinentia spectantia competentes
in et super ipsa petia terre supra venditam et eius occasione contra datorem suos et datorum datorem et eorum fidem heredes et bona quam sunt fuerint
et erunt Et hec detentores et possessores eorum pro ipsa petia terre supra venditam et eius occasione Et etiam omnia iura accessiones ingressus et
egressus eidem venditionis pertinentes spectantes et competentes in et super ipsa petia terre supra venditam et eius occasione Et volens predictus venditor plenum
dominium et plenam possessionem seu quasi predicte petie terre supra venditam in illos emptores transferre dedit et relinquit constituit se eam petiam terre
supra venditam tenere et possidere nomine et vice predictorum emptorum et pro eis cum domino et possessione illico in manibus illorum fratrum emptorum
renuntiavit et renuntiat et se abstinentem exinde fecit et facit et in illos emptores transtulit deservit et derelinquit Et illos emptores
pro omnia in suum locum suos missos et procuratores in rem suam et in hanc venditionem fecit et facit et constituit Eosque emptores pro omnia in suum locum
ius et statum posuit et dimisit et ponit et dimittit ita ut pro omnia decreto illi emptores sint et succedant et esse et succedere
debeant in locum ius et statum sancti emptoris pro ea petia terre supra venditam et eius occasione Et ita possint decreto illi emptores
excipere replicare retentiones uti et certa illa facere et exercere utiliter et directe et modis omnibus prout et sicut predictus venditor ante hanc
venditionem facere poterat potuisset et posset si presens venditio facta non esset Et ultra promisit et vadia dedit et se ronnia sua bona mobilia
et immobilia presentia et futura etiam supellectilia domini et ea que dissimiliter non cadunt in ob generalia pigri obligavit sanctis emptoribus
quod semper et omni tempore eis emptoribus et suis heredibus et cui dederint predictam petiam terre supra venditam guarentabit auctorizabit disbrigabit et
defendet ab omni persona cum collio et universitate in forma communi et secundum formam iuris et in omnibus illis casibus in quibus verus venditor
de iure tenetur veris emptoribus Et item quod ipsos emptores et suos heredes et successores et cui dederint predictam petiam terre supra venditam exhonerabit
deliberabit conservabit et indemnes prestabit ab omnibus fodris talleis extraneis impositionibus omnibus et conditionibus ipsius venditionis et cuilibet alterius persone
cuius ipsa petia terre supra venditam fuisset vel fuisse dicetur in toto vel in parte impositionis et factis et que decreto imponerentur et fierent
super ipsa petia terre supra venditam et eius occasione Et hoc donec presentia extra durabunt pro respectum ad talleas florenorum Et quod
ponet et inducet predictos emptores in vacua et expedita possessione ipsius petie terre supra venditam et eius occasione Et posuit et inducit
in eandem defendet manutenebit et defendet ab omni persona cum collegio et universitate iuris Et hec omnia suis propriis dampnis
expensis et interesse et sine dampnis ex et interesse sanctorum emptorum Et quod reddet et restituet eidem emptori omnes dampnum interesse
et dispendium quod occasione predictorum pati posset Quam quidem venditionem et quod datum fecit et facit predictus venditor eisdem emptoribus pro pretio
et mercato librarum Triginta septem soldorum duodecim tertiolorum et denarium sex tertiolorum bone monete mediolani curie Quos denarios
predictus venditor fuit confessus et contentus se ab ipsis fratribus emptoribus habuisse et recepisse pro pretio et mercato sancte petie terre supra
venditam et eius occasione et pro plena complete et integra solutione et satisfactione pro eius petie terre supra venditam Renuntiando exceptionem
non habitorum et non rectorum predictorum denarium pro pretio et mercato sancto et spei future habitis et non facte huius venditionis et predictorum et infradictorum
omnium et singulorum non ita actorum et factorum et omni prorogatione probatis et defensionem in contrarium Et item Renuntiando quod non possit aliquis
tempore dicere opponere vel allegare se fore deceptum nec dampnificatum in dimidia nec ultra dimidiam iusti pretii
nec predictam petiam terre supra venditam meliorem fore et plurimum pro pretio sancto et si quis tempore meliorem fore reperiret plurimum pro
pretio sancto exinde prout extimet de illo plurimum melioramento et plurimum pro pretio predictus venditor eisdem emptoribus fecit et facit confessionem
finem pactum remissionem absolutionem et liberationem de omni et toto eo quod eisdem emptoribus petere posset Et inde pro omnia et pro predictis omnibus
et singulis sic firmiter atque observandis et adimplendis et pro ipso venditore et eius pretio et mercato extitit fideiussor qui se constituit
principalem debitorem datorem promissorem et convenditorem obligando se et omnia sua bona pigri presentia et futura sanctis fratribus emptoribus Itaque
insolidum ad predicta omnia et singula tenetur et cum effectu convenire possit Gasparollus de cavallasca fuit carnevalis de sancto loco
vigleno renuntiando duabus novis constitutionibus quarum una cavetur quod primo convenitur debitor quod fideiussor et altera
cavetur quod nequis ex pluribus reis debendi insolidum convenitur si alter sit presens et solvendo et auxilio fuit epistole divi adriani et
omni alii iuri exceptionis defensionis et auxilio quo se tuerit vel iuvari posset Que omnia et singula fecerunt et faciunt predicti venditor et fideiussor
Ita quod ad predicta omnia et singula tenetur et convenire possint insolidum Renuntiando quod non possint aliquo tempore dicere opponere vel allegare
aliquam dilatationem carum nec ferias nec dare insolutum pro predictis aut aliquo predictorum carum nec notas debiti communis nec alterius communis
nec aliquid aliud quod pecuniam numeratam Et constituerunt predicti venditor et fideiussor omnia eorum et utriusque eorum bona mobilia et immobilia
tenere et possidere nomine et vice predictorum emptorum et pro eis Ita quod liceat eis ubique invenerint de bonis et rebus predictorum venditoris et fideiussoris
occupare capere detinere in possessionem intrare contestare sequestrare robare sibi extimari facere vendere et alienare absque parte
et precepto alicuius iudicis et sine servitutis mentio et banno vel alia conventione usque ad plenam complete et integram solutionem omnium predictorum
et ob aliquod predictorum vel alicuius eorum non possint sibi dicere violentiam factam fore Renuntiando capitulo pacis sancti ambrosii quod loquitur
super violentiis et beneficio eiusdem Quibus omnibus et singulis predictus venditor renuntiavit expressum ex certa scientia et pacto speciali Actum in loco
Amono in contrata de ostiolo Presente pro notario girardo de scolla fuit Jacobini de burgo clavate notario Interfuerunt ibi testes
Albertus de brugnacho fuit zanis Ambrosius filius guaxii de sancto cassiano et Jacomollus fuit Jacobi de laropore omnes testes
de sancto loco Amono noti vocati ydonei ad hec specialiter et rogati

Ego Guardus de scolla notarius filius condam Jacobini de burgo clavate hoc instrumentum venditionis traditum et rogatum per condam petrum de cremellina
notarium burgi predicti filius condam domini ledonis quod per eum mortem interventum expletum recipit auctoritate mihi concessa expletum et expletum fecit
per dominum Cabrinum de Armenio contra iustitie crimen civitatis et omnium fugarum civitatis mihi ut patet per carta traditam per Ambrosium de
Jothiano notarium filium condam Jacobi de Cremellina prohibitum sancti Johannis supra murum anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo indictione septima die
veneris in mense novembris expletum fuit et in hanc formam redigi fecit et fideliter exemplavi et ad sedem iuris notarii dedi fideliter
que exemplavi et me subscripsi

Ego Jacobus de botanis notarius filius condam michaelis habitans in sancto burgo clavate iussu sancti notarii scripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Marbeo 5 (129)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1786968568-12/fragment/page=0003